



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

Quomodo ferrum coquatur, operibus vt sit tractabile. Cap. VIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

nito, solas eas partes intactas relinquito, quas excavare desideras, spondam accommodabis; ut dum liquorem supra affundas, ne hinc inde diffluat, & liquor impositus validissime exedit, ubi ab opere cessarit, projice, & nouam indito, id semper repetendo, donec excavaueris quousque volueris, & tuum opus peregeris.

*Quomodo ferrum coquatur, operibus ut sit tractabile.*

C A P. VIII.

QVAMPLVRIMI sunt, qui diligentissimè obseruant, perquiruntq; quomodo secreta quadam arte adeo ferrum temperari possit, ut ne rumpatur; vel tormentorum sclopis ne perforetur. Sed hi, quæ in manibus habent, non curant, quod nõ habent, perquirunt; nam si dum coquitur ferrum, consideraret, fortasse quod tanto studio quærunt, ante oculos haberent. Dicunt igitur, quod ratio, cur enses rumpantur, & in partes diluiliant, & pectora ferrea sclopetorum ictibus etiam iunguntur, est, quia in ferro rimæ sunt, diuersi: quæ in partibus hincit, & partes satis male consolidatæ, & quia vix visu percipiuntur squamulæ, causa est, ut quum incuruatur, vel percutiuntur, rumpantur: nam si solerter animaduertes, ubi enses, vel cultri in partes exiliant, semper eiusmodi fissuras, & rimas inuenies, & solidæ partes infractæ semper, & curuaturæ resistunt. Sed quum rimarum causam perquirerem, tandem comperi in ferrariis officinis, ubi ferrum percoquitur, supra ferrum cumulant carbones, & carbonum quisquilias, dicentes ferrum contumacius coqui, nisi quisquilijs, & carbonis puluere tumultetur, & cum puluere semper commistis lapillus, creta, variæ sordes, laterum fragmenta, aliaq; assulatiim congesta, quæ quum in igni liquecant, in superficie bullolas quasdam congeries, vel intus inanitates, & fissuras causantur, ut minus partes cum partibus coire possint. Vnde & si res vilissima, paruaque considerationis, tamen in causa est, ut hæc inconuenientia succedant; ut igitur hoc impedimentum amoliamur, id censuimus faciendum. In ligneam tinam aquæ plenâ carbones projicimus, nã & ipsi in superficiem feruntur (lapi-

des vero, sordes, & lateres deorsum suo nutu procumbunt) natantes excipiuntur, & exiccantur, atque his in operibus vsi, proh Dijs boni quam utile inuentum nacti sunt, nam enses, cultros, clypeos, loricas, & alia eiusmodi armamēta adeo perfecta fecerint, vt longissimum, & radiosum sit recensere: nā ferrea pectora, quæ vix duodecim libras transcenderent, scloporum ictibus imperuia vidimus. Vnde si temperaturam his addemus, longè meliores consequentur effectus.

*Quomodo Damasceni cultri effingi possint. CAP. IX.*

**N**UNC operationes aliquas apponemus non iniucundas, scilicet quomodo Damasceni cultri iam abolitas maculas rediuiuas faciamus, & easdem maculas alijs cultris inducamus. Si velimus igitur

*Obliteratas Damasceni cultri vndas rediuiuas facere,*

Expoliatur pugio, ensis, vel culter optimè, smiri puluere, & oleo, & calce demum purgetur, vt nulla parte obtenebratus, sed vndiq; clarò nitore coruscet, tunc citrij succo, & remisto cum aqua coriariorum, quæ ex chalcātho conficitur, madescat torus: nam quum siccescit, illico maculæ suis locis redibunt, vt vndis fluitate videantur. At si velis

*Maculas in cultris Damascenis effingere,*

Idque satis optimè, vt vix à Damascenis internoscantur. Perpoliatur culter satis optimè, vt diximus, ac calcè detergatur, tunc calcem cum aqua remistam manibus agitabis; ac digitis contingendo, ferri aciem postea perpolitam contingas, & maculas exhibitu induces, & effinges, vt quæstieris igni, vel Soli resiccati curato, aquam paratam habeas; in qua chalcāthum sit dissolutum, & supra perlinito, nam vbi calx abfuerit, tinget nigro colore, mora temporis interiecta, à quis madesfacit, & abluet, vbi calx adfuit, sine tinctura erit, & letaberis de effectu. Poteris calce linearum discursus vndulatim effingere. Si quis affectabit

*Damascenum chalybem in opus ducere,*

Hoc modo poterit: nā impertractabile est sine arte, nā